

Lectio v
Ecclésiae Románae Pontifices tanta veneratióne prosecútus est, ut ab Innocéntio secúndo sancti Petri filius merúerit appellári. In clerum virósque religiósos benéficus, duo monastéria celebérrima, Claustrum Neoburgénse, et Sanctae Crucis in Valle Nemorósa constrúxit, et amplíssime dotávit, Mellicénse quoque a se instaurátum, magnis sumptribus et cénsibus illustrávit. Demum, cum annis quadraginta Austriae principátum laudábíliter gubernáset, anno supra millésimum centésimo trigésimo sexto vita sanctíssime functus, sacris Ecclésiae sacraméntis munítus, ab hoc mundo ad caeléstern glóriam translátus est.

R. Invocávi, et venit in me spíritus sapiéntiae, et praepósui illam regnis et sédibus. * Et divítias nihil esse duxi in comparatióne illius. **V.** Mélior est enim sapiéntia cunctis ópibus pretiosíssimis. **Et.**

Lectio vi

Eius corpus ad Claustrum Neobúrgi cónditum in númeris coepit clarére miraculis, quibus Deus tan-

tam viri sanctitátem vóluit manifestam. Namque ad eius invocatiónem mórtui suscitáti, caeci illumináti, surdi audítum, muti loquélam, claudi gressum, captívi libertátem, váriis morbis opprésí sanitátem sunt consecúti. His claríssimis sanctimóniae documéntis rite compértis, Innocéntius octávus Sanctórum catálogo eum adscripsit. Ejus sacra ossa et tímulo ab Imperátore Maximiliáno eleváta, in eádem ecclésia honorificéntius repósita, débita coluntur veneratióne.

R. Consummátus in brevi explévit témpora multa: * Plácita enim erat Deo ánima illius. **V.** Propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum. **Plácita.** Glória Patri. **Plácita.**

In III Nocturno

Ant. Nec dolum linguae nec oppróbrium contra próximos egit, quia eos amóre Dei sicut se ipsum diléxit.

Ant. Ut clíbanum pósuit odiéntes Leopóldum Dóminus, sed ei benedictiόνis, et multórum bonórum tríbuit decus.

fácilé restauráta, novóque pietátis odóre capta Brígida, Bavariae ducis filia, sponsum Christum secúta, ad sacras se vírgines aggregárit. Bohémis, quo amplióra apud illos fides incrementa cáperet, contémpo suae ecclésiae detriménto rejectis aliórum consiliis, próprium dari episcopum libentíssime permísit.

R. Pósui adiutorium super poténtem, et exaltávi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. Manus.

Lectio vi

Egrégiam viri sanctitátem comprobáruntergúmeni et váriis languóribus opprésí, quos precatióne sanávit. Divíno afflátus instíntu sanctum Henricum imperatórem regnatórum, fratrem ipsíus Brunónem ad episcopátum promotum iri; e soróribus álteram reginam, abbatíssam álteram fore praedíxit. Dénique cum viginti et ámplius annis in séduli pastóris múnere peráctis extrémum sibi diem imminére intelligeret, quae ex usitáta libe-

ralitáte supéranter, per manus páuperum praemisit, sacraeque Eucharistiae viático praemuníus, in sancti Othmári aede, uti divínus ántea futúrum accéperat, sanctíssimam vitam pari morte conclúsit, Ratisbónae in templo sancti Emmerámi sepúltus.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrina ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad caeléstia regna. **Ipse.** Glória Patri. **Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Vigiláte, quia nescitis, de Communi 2 loco.

Pro Vigilia

Omnium Sanctorum

Lectio sancti Evangelíi secúndum Lucam

Lectio ix Cap. 6, 17-23

In illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copiósa plebis ab omni Judaea, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi

Lib. 5 in Luc. cap. 6 post init.

Adverte omnia diligenter, quomodo et cum Apóstolis ascéndat, et descéndat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in húmili Christum vidéret? Non séquitur ad excélsa, non ascéndit ad subímia. Dénique ubi descéndit, invénit infirmos: in excélsis enim infirmi esse non possunt. Hinc étiam Mattháeus docet in inferióribus débiles esse sanátos. Prius enim unusquisque sanándus est, ut paulátim virtútibus procedéntibus ascéndere possit ad montem. Et ideo quemque in inferióribus sanat, hoc est, a libídine révocat, injúriam caecitátis avértit. Ad vúlnera nostra descéndit; ut usu quodam et cópia suae natúrae, compartícipes nos fáciat esse regni caeléstis.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia

in pauca fuísti fidélis, supra multa te constítuam, dicit Dóminus.

Oratio

Deus, qui nobis aetérnae salutis beátum Wolfgángum Episcopum ministrum tribuísti: praesta, quaesumus; ut, quem doctórem vitae habúimus in terris, intercessórem habére mereámur in caelis. Per Dóminus.

Et iit Commemoratio Vigiliae Omnium Sanctorum:

Ant. et V. de Feria.

Oratio

Dómine, Deus noster, multiplica super nos grátiam tuam: et, quorum praevenimus gloriósa solémnia, tríbue súbsequi in sancta professione laetítiam. Per Dóminus.

Vesperae de sequenti (Omnibus Sanctis) sine Com. S. Wolfgangi.

Die 5 Novembris

Sacrarum Reliquiarum

quae in Ecclesiis Archidioecesis asservantur.

Duplex majus

Capitula, Hymni et reliqua, quae de Psalterio Feriae non sunt sumenda, dicuntur de Comuni plurimorum Martyrum, praeter sequentia.

Dóminus beáta est ánima ejus. Ad quem respicit, et quis est fortitúdo ejus? Oculi Dómini super timéntes eum, protéctor poténtiae, firmaméntum virtútis, tégimen ardóris, et umbráculum meridiáni, deprecátio offensiónis, et adiutórium casus, exáltans animam, et illúminans óculos, dans sanitátem, et vitam, et benedictiónem.

R. Quamvis forma clarus extra apparuit, intus tamen grátior pietáte fuit, * Dotátus stola prima supervestíri cúpiens secúnda. **V.** Stabilíta sunt bona illius in Dómino, et elemósynas illius enarrávit omnis Ecclésia Sanctorum. Dotátus. Glória Patri. Dotátus.

In II Nocturno

Ant. Mirificávit Dóminus Leopóldum, et exaudivit eum in cubilibus ad se clamántem.

Ant. Odívit iniquitátem operántes, scélera abominándo, cum dilectióne proximórum.

Ant. In univérsa terra admirábile est nomen Dómini; qui Leopóldum pietáte plenum, glória, et

principátus honóre coronávit.

V. Os justi meditábitur sapiéntiam. **R.** Et lingua ejus loquétur iudícium.

Lectio iv

Leopóldus Austriae princeps, ab insígni in Deum pietáte Pius cognominátus, in primo aetátis flore ea virtútum sémina concépit, quae annórum progréssu in singulárem vitae sanctitátem excrevérunt. Relucébant in adolescéntia cum Dei timóre summa vitae intégritas, continéntia, et humilitas; in provecióri aetáte justítia, misericórdia, sapiéntia, religiónis cultus praecipuus. Patre defúncto, curis licet conjugálibus, et principátus sollicitúdine praepeditus, pietátis et misericórdiae múnera diligénter obíbat: ínopes fovébat, opprésos sublevábat, lassos roborábat: dénique inter tot aulae inquinaménta, immaculátum se ab hoc saeculo custodiébat.

R. Dispérsit, dedit paupéribus: * Justítia ejus manet in saeculum saeculi. **V.** Beátus, qui intélligit super egénium et páuperem. Justítia.

De libro Ecclesiástici

Lectio i **Cap. 31, 8-11**

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula: et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirábilia in vita sua. Qui probátus est in illo, et perfectus est, erit illi glória aetérna: qui pótuít transgredi, et non est transgressus: fácere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Dómino, et eleemósynas illius enarrábit omnis Ecclésia Sanctórum.

R. Exsultáte in Rege vestro, o fidéles ánimae, qui ab aetérno nobis fidum praedestinávit advocátum Leopóldum ínclytum, * Qui talis est pro nobis in caelo, qualis ab ómnibus in terra est cognominátus. **V.** Pius mérui solótenus praedicári, qui nunc ferventíssimus interpellátor nequit dubitári. Qui.

Lectio ii
Cap. 32, 18-20, 28; 33, 1-3

Qui timet Dóminum, excípíet doctrínam ejus: et qui vigiláverint ad illum, invénient benedictiónem. Qui quaerit legem,

replébitur ab ea: et qui insidióse agit, scandalizábitur in ea. Qui timent Dóminum, invénient judícium justum, et justítias quasi lumen accéndent. Qui credit Deo, attendit mandátis, et qui confídit in illo, non minorábitur. Timénti Dóminum non occurrunt mala, sed in tentatióne Deus illum conservábit, et liberábit a malis. Sápiens non odit mandata et justítias, et non illidétur quasi in procélla navis. Homo sensátus credit legi Dei, et lex illi fidélis.

R. Multum valet deprecátio justí assídua apud Dóminum, * Orémus ergo omnes, ut per preces Leopóldi véniam obtineámus et grátiam. **V.** Constituit eum Dóminum domus suae, et príncipem omnis possessiόνis suae. **Orémus.**

Lectio iii **Cap. 34, 14-20**

Spíritus tíméntium Deum quaeritur, et in respectu illius benedicétur. Spes enim illórum in salvántem illos, et óculi Dei in diligétes se. Qui timet Dóminum, nihil trepidábit et non pavébit: quóniam ipse est spes ejus. Timéntis

V. Laetámini in Dómino et exsultáte, justí. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Ad Magnif. Ant. Istórum est enim * regnum caelórum, qui contempsérunt vitam mundi, et pervénérunt ad praémia regni, et lavérunt stolas suas in ságuine Agni.

Oratio

Auge in nobis, Dómine, resurrectiόνis fidem, qui in Sanctórum tuórum reliquiis mirábilia operáris: et fac nos immortalis glóriae partícipes, cujus in eórum cinéribus pignora venerámur. Per Dóminum.

Et sit Commemoratio praecedentis:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriae índuit eum, et ad portas paradísi coronávit eum.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Ecclésiám tuam, Dómine, sancti Cároli Confessóris tui atque Pontíficis contínua protectiόνem custódi: ut, sicut illum pastorális sollicitúdo glóri-

sum réddidit; ita nos ejus intercessiо in tuo semper faciát amóre fervéntes. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio Octavae:

Ant. O quam gloriósum est regnum in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amícti stolis albis sequúntur Agnum quocúmque ferit!

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Laetabúntur in cubilibus suis.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui nos ómnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuísti celebrítate venerári: quaesumus; ut desiderátam nobis tuae propitiatiόνis abundantíam, multiplicátis intercessóribus largiáris. Per Dóminum.

In I Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti cum suis Responsóriis de Tempore.

In II Nocturno

Ex Tractátu sancti Joánis Damascéni de fide orthodoxa

Lectio iv

Liber 4, cap. 15

Christus Dóminus Sanctórum reliquias velut salutáres fontes praebuit,

ex quibus plúrima ad nos beneficia manant, suavissimúmque unguéntum prófluit. Nec vero quisquam his fidem détrahat. Nam si aqua in desérto ex dura et áspera rupe, atque ex ásini maxílla, ad sedándam Samsóni sitim, Deo ita volénte, prosiliit, cur incredibile videátur ex Mártýrum reliquiis unguéntum suáve scaturíre? Mínime certe iis, quibus Dei poténtia et honor, quo Sanctos suos áfficit, perspécta sunt et exploráta.

R. Sancti tui, Dómine, mirábile consecúti sunt iter, serviétes praecéptis tuis, ut inveniréntur illaesi in aquis válidis: * Terra apparuit árida: et in Mari Rubro via sine impediménto. **V.** Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquae, et torréntes inundavérunt. **Terra.**

Lectio v

In lege quidem, quisquis mórtuum tetígerat, inmúndus censebátur. Hi verum in mortuórum número mínime sunt habéndi. Ex quo enim ille qui ipsa Vita est, et vitae Auctor, inter mórtuos deputátus est: eos qui cum spe

resurrectiónis fidéque in ipsum obdormiérunt, nequáquam mórtuos appellámus. Qui enim mórtuum corpus mirácula édere queat? Quanam igitur ratióne, horum ópera daemones expellúntur, morbi profligántur, aegróti sanántur, caeci visum recipiunt, léprosi mundántur, tentatiónes discutiúntur ac maeróres, omne dénique datum óptimum, iis qui fide non dúbia póstulant, per eos descéndit a Patre lúminum? Quid labóris non suscipias, ut patrónum nanciscáris, qui te mortáli regi offerat, et pro te ad eum verba fíciat? An non igitur ii honorándi, qui totíus géneris humáni patróni sunt, Deoque pro nobis supplices preces ádhibent?

R. Vérbera carnificum non timuérunt Sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine: * Ut herédes fierent in domo Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplicia. **Ut.**

Lectio vi

Honorándi certe: et quidem ita ut in eórum nómine templa Deo extruámus, dona offerámus, memóriam eórum colámus,

duxisti: concéde, quaesumus; ita nos per haec temporália pertransíre, ut aetérnae vitae consórtia mereámur. Per Dóminum.

Completorium de Dominica.

Ad Matutinum

Invit. Adorémus Christum Regem Confessorum, * Qui sua inscrutábili cleméntia pium coronávit Leopóldum.

Ps. 94 Veníte, exsultemus.

Hymnus

O virum cunctos supereminéntem!
Caelitum summos inhians favores
Vincis occultos tibi blandiéntis
Daemonis astus.

Máximam temens húmilis coronam
Caesaris, soli súperum Parénti
Te sacras, cura melióre flagrans
Péctore toto.

Quin sciens artis pópulo feróci
Praedicas Christum probitáte morum,
Quae Dei, non quae tua sunt, tenáci
Péctore volvens.

Sic sibi laudis níhilum peróptans,
Bis truces Hunnos repulit coactus,
Atque sic fretus pietáte, multos
Súbdidit hostes.

Sit salus illi, decus, atque virtus,
Qui super caeli sólio coruscans
Totíus mundi sériem gubernat
Trinus et unus.
Amen.

In I Nocturno

Ant. Beátus Leopóldus ab infántia sua viam justitiae in lege Dei scrutátus, iter impiórum non ámbulans, in timóre illi servívit.

Psalmi trium Nocturnorum de Comuni Conf. non Pont.

Ant. Eruditus terréna Leopóldus iudicávit, quia Dómino servívit in timóre, exsultans ei, qui summa majéstas est, cum tremóre.

Ant. Míllia pópuli multa non tímuit, quia Dóminum sui córporis custódem et pátriae defensórem propítium hábuit.

V. Amávit eum Dóminus et ornávit eum. **R.** Stulam glóriam induit eum.

Leopoldum cum principibus populi sui.

5 Vota reddidit * Leopoldus in conspectu populi Austriaci.

Capit. Prov. 3, 13-15

Beatus homo, qui invenit sapientiam, et qui affluit prudentia. Melior est acquisitio ejus negotiatio- ne argenti, et auri primi et purissimi fructus ejus. Pretiosior est cunctis opibus, et omnia, quae desiderantur, huic non valent comparari.

Hymnus

Austrides gentes pretiosiore corporis fulgent, animique cultu:

Duplices flagent hodie Sabaei

Thuris honores.

Consonus festo rutilat paratus;

Adfluens ingens populus potenti

Supplicans, solvet soliti Patrono

Moris honores.

Dexter o adsis, Leopolde, sacris!

Tu Deo certe frueris, beatus,

Cum tibi multis manifesta saeculis

Praemia constant.

Ast tuae casus miserans acerbos

Austriacae, mitis fer opem roganti,

Fac, reos culpaev veniam mereri

Turpibus ausis.

Sit salus illi, decus, atque virtus,

Qui super caeli solio coruscans,

Totius mundi seriem gubernat

Trinus et unus.

Amen.

¶ Magna est gloria ejus in salutari tuo. **R.** Gloriam et magnum decorem impones super eum.

Ad Magnif. Ant. Gloriosus apparuisti inter principes Austriacae, sancte Leopolde, ideo diadema suscepisti de manu Domini, ora pro nobis ad Deum, qui te elegit.

In II Vesperis

Ad Magnif. Ant. Austria laetare, vere felix regio, quae summis collocatum principibus laudas Leopoldum Marchionem piissimum.

Oratio

Deus, qui beatum Leopoldum a saeculi curis ad caelestem gloriam tra-

atque in iis spiritualiter oblectemur: ea utique laetitia, quae illis arrideat a quibus invitamur, ne, dum demereri illos studemus, offendamus potius et iritemus. Quibus enim rebus Deus colitur, iisdem servi quoque ipsius oblectantur: quibus autem Deus offenditur, iisdem etiam milites offenduntur. Quocirca in psalmis et hymnis et canticis spiritualibus, in compunctione quoque, et egenorum miseratione, quibus et Deus potissimum colitur, nos qui fideles sumus, colere Sanctos oportet. Statuas eis, et imagines quae videantur, erigamus: immo virtutes eorum imitando hoc consequamur, ut vivae ipsorum staturae imaginisque evadamus.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, et quasi holocausti hostiam accepit illos: et in tempore erit respectus illorum: * Quoniam donum et pax est electis Dei. **¶** Qui confident in illum, intelligent veritatem: et fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam. **Gloria Patri.** Quoniam.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Descendens Jesus, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco.

Ad Laudes

¶ Exsultabunt Sancti in gloria. **R.** Laetabuntur in cubilibus suis.

Ad Bened. Ant. Vestri capilli capitis * omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos.

Oratio

Auge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum reliquiis mirabilia operaris: et fac nos immortalis gloriae participes, cujus in eorum cineribus pignora veneramur. Per Dominum.

Et fit Com. Octavae:

Ant. Te gloriosus Apostolorum chorus, te Prophetarum laudabilis numerus, te Martyrum candidatus laudat exercitus; te omnes Sancti et electi voce confitentur unanimes, beata Trinitas, unus Deus.

¶ Laetamini in Domino et exsultate, justi. **R.** Et gloriamini, omnes recti corde.

Oratio
Omnipotens sempitérne
 Deus, qui nos ómnium
 Sanctórum tuórum mérita
 sub una tribuísti celebri-
 tate venerári: quaesumus;
 ut desiderátam nobis tuae
 propitiatiónis abundántiam,
 multiplicátis inter-
 cessoribus largiáris. Per
 Dóminum.

In II Vesperis

V. Exsultábunt Sancti in
 glória. **R.** Laetabúntur in
 cubilibus suis.

Ad Magnif. Ant. Gau-
 dent in caelis * ánimae
 Sanctórum, qui Christi ve-
 stígia sunt secúti: et quia
 pro ejus amóre sánguinem
 suum fuderunt, ideo cum
 Christo exsúltant sine fine.

Oratio Auge, ut supra.
 Et fit Commemoratio se-
 quentis diei infra Octavam:

Ant. Angeli, Archángeli,
 Throni et Dominatiónes,
 Principátus et Potestátes,
 Virtútes caelórum, Ché-
 rubim atque Séraphim,
 Patriárchae et Prophétae,
 sancti legis Doctóres, Apó-
 stoli, omnes Christi Már-
 tyres, sancti Confessóres,
 Vírgines Dómini, Anacho-
 rítæ, Sanctique omnes,
 intercédite pro nobis.

V. Laetámini, et **Oratio**
 Omnipotens, ut supra.

Die 13 Novembris
S. Stanislai Kostka

Confessoris

Duplex (m. t. v.)

V. Amávit eum Dómi-
 nus, et ornávit eum. **R.**
 Stolam glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Simi-
 lábo eum * viro sapiénti,
 qui aedificávit domum
 suam supra petram.

Oratio

Deus, qui inter cetera sa-
 piéntiæ tuæ miracula,
 étiam in ténera aetáte ma-
 túrae sanctitátis grátiam
 contulísti: da, quaesumus;
 ut beáti Stanislái exémplo,
 tempus instánter operán-
 do redimétes, in aetér-
 nam ingredi réquiem festi-
 némus. Per Dóminum.

Et fit Com. praeceidentis:

Ant. Qui vult venire post
 me, abneget semetípsum,
 et tollat crucem suam, et
 sequátur me.

V. Justus ut palma flo-
 rébit. **R.** Sicut cedrus Lí-
 bani multiplicábitur.

Oratio

Gregem tuum, Pastor
 aetérne, placátus in-
 ténde: et per beátum Mar-
 tínium Mártirem tuum at-
 que Summum Pontíficem

Oratio
Deus, qui inter cetera
 sapiéntiæ tuæ mirá-
 cula, étiam in ténera aetá-
 te matúrae sanctitátis grá-
 tiam contulísti: da, quaes-
 sumus; ut beáti Stanislái
 exémplo, tempus instánter
 operándo redimétes, in
 aetérnam ingredi réquiem
 festinémus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S.
 Didaci Conf.:

Ant. Similábo eum viro
 sapiénti, qui aedificávit
 domum suam supra pe-
 tram.

V. Amávit eum Dómi-
 nus, et ornávit eum. **R.**
 Stolam glóriæ induit eum.

Oratio

Omnipotens sempitérne
 Deus, qui dispositiõe
 mirábili infirma mundi éli-
 gis, ut fórtia quaeque con-
 fúndas: concède propítius
 humilitáti nostræ; ut, piis
 beáti Didaci Confessoris
 tui précibus ad perénnem
 in caelis glóriam sublimári
 mereámur. Per Dóminum.

Vesperae a Capitulo de se-
 quenti (S. Josaphat Ep. et
 Mart.).

Et fit Commemoratio prae-
 cedentis:

Ant. Hic vir despiciens
 mundum et terréna, tri-

úmphans, divítias caelo
 cóndidit ore, manu.

V. Justum et **Oratio** De-
 us, qui, ut supra.

Deinde Commemoratio S.
 Didaci Conf.:

Ant. Euge, serve bone et
 fidélis, quia in pauca fuísti
 fidélis, supra multa te con-
 stítuam, intra in gáudium
 Dómini tui.

V. Amávit eum Dómi-
 nus, et ornávit eum. **R.**
 Stolam glóriæ induit eum.

Oratio Omnipotens, ut
 supra.

Die 15 Novembris

S. Leopoldi

**Confessoris, Marchionis
 et Patroni princ. Austriae**
**Duplex I classis cum Octava
 communi**

In I Vesperis

Antiphona 1

Dóminus confrégit *
 in die belli inimícos
 Leopóldi.

Psalmi ut in I Vesperis de
 Communi Apost.

2 Leopóldus conféssus
 est * in consílio et congrega-
 tiõe ópera Dómini.

3 Dispérsit, dedit pau-
 péribus, * justítia ejus ma-
 net in saeculum saeculi.

4 Collocávit Dóminus *

Nam quid est, júnior ego non sum oblitus, nisi illi majóres oblíti sunt? Sed contéptum se dicit hic júnior; ideo factus est major: quia ignobília et contemptibília mundi elégit Deus, et ea quae non sunt, tamquam sint, ut ea quae sunt, evacuéntur. Et ecce sunt novíssimi, qui erant primi, et primi, qui erant novíssimi.

R. Sint lumbi vestri praecínti, et lucérnae ardéntes in mánibus vestris: * Et vos símiles homínibus exspectántibus dómínium suum, quando revertátur a núptiis. **V.** Vigiláte ergo, quia nescítis qua hora Dómínus vester ventúrus sit. **Et. Glória Patri. Et.**

Pro S. Didaco:

Lectio ix

Dídacus Hispanus, ex oppido sancti Nicolái de Portu dioecésis Hispanlensis, ab ineúnte aetáte, pii sub sacerdotís disciplína, sanctióris vitae tirocínium exéruit. Deínde, ut firmius Deo se conjúngeret, in convéntu de Arizáfa sancti Francísci Assisiénsis régulam in statu laicáli proféssus est. Magna ibi alacritáte húmilis obediéntiae et reguláris

observántiae jugo se subjiciens, contemplatióni in primis déditus mira Dei luce perfundebátur, ádeo ut de rebus caeléstibus, litterárum expers, mirándum in modum et planc divínitus loquerétur. Canáriis in insulis multa perpéssus, martýrii aestuans desidério, plures infidéles verbo et exémplo ad Christi fidem convertit. Romae in convéntu Arae caeli aegrotórum curae destinátus, miro caritátis affectu hoc munus exéruit. Grátia insuper curatiónum in eo elúxit. Demum Complúti piíssime ex hac vita migrávit, anno Dómíni millésimo quadringentésimo sexagésimo tértio. Illum, multis miraculis clarum, Xystus quintus Sanctórum número adscrípsit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

V. Justum dedúxit Dómínus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituám, intra in gáudium Dómíni tui.

perpétua protectióne custódi, quem totíus Ecclésiæ praestitísti esse pastórem. Per Dómínium.

Deinde Commemoratio S. Didaci Conf.:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias caelo cóndidit ore, manu.

V. Justum dedúxit Dómínus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Omnípotens sempitérne Deus, qui dispositióne mirábili infirma mundi éligis, ut fórtia quaeque confúndas: concéde propítius humilitáti nostrae; ut, piis beáti Dídaci Confessorís tui précibus, ad perénnem in caelis glóriam sublimári mereámur. Per Dómínium.

In II Nocturno

Lectio iv

Stanislaús, senatoria gente Kostka ortus in Polónia, quam olim esset militiam secutúrus, nomen Jesu praenuntiávit, paritúrae matris grémio divínitus inscriptum. Virginitátem adhuc puer ita cóluit, ut patérna in mensa si quid minus pudíce dictum

audisset, prae horróre exánimis corrúeret. Ad Vindobonénsē in Austria seminárium studiórum causa missus, non minus exémplo sodálibus quam veneratióni fuit. Coáctus inde in lutheráni hóspitis aedes migráre, ibique a Paulo fratre ad liberiórem vitam omni étiam asperitátum genere incitátus, domésticum bellum toto biénnio constantíssime sustínuit, ad aetérna se, non ad cadúca natum affírmans. Itaque únícum illi erat rerum caeléstium desidérium, perpétua cum Deo consuetúdo, cultus Desparae ádeo tener, ut matrem suavíssime appelláret.

R. Honéstum fecit illum Dómínus, et custodívit eum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem aetérnam. **V.** Justum dedúxit Dómínus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Quotidiánae fratris veniatióni crebra ipse jejúnia, flagélla, alióque insóntis corpúsculi cruciátus adjiciens, lethálem in

morbum incidit. Quo in-
gravescēte, cum daemone
horrendi canis specie
insiliētem signo crucis
ter fugasset, sacrum Vi-
aticum, quod in haeretica
domo decumbens frustra
ab hominibus petēbat, ab
Angelis accēpit. Mox ad
pūeri Jesu complēxum a
beatissima ejus Matre
cōmiter admīssus, ac So-
cietāti jussus nomen dare,
sūbito convāluit. Sed cum
ādītum ad illam patris timor
in Germānia praecūderet,
peregrīni hābitu, solum,
pedes, mendicus fugam
arripit, certus non
sistere, nisi voti compos
fiat. Iter non uno Dei bene-
ficio prōsperum fuit. Nam
praeter alia, Pauli prō-
fugum fratrem jam as-
sequētis equi, immisso
divinitus torpore, consti-
tērunt; et Stanislāus An-
gelōrum pane iterum an-
gēlico ministērio refectus,
post duodēcies centēna
pāssuum millia, tandem
Romae in Societatem Jesu
a sancto Francisco Borgia
generālī praepōsito mē-
ruit cooptārī.

R. Amāvit eum Dōmi-
nus, et ornāvit eum: sto-
lam glōriae induit eum. *
Et ad portas paradīsi co-
ronāvit eum. **V.** Induit

eum Dōminus lorcam fi-
dei, et ornāvit eum. **Et.**

Lectio vi

Tirōnis emēriti virtūtes
in religiōsae vitae pa-
laestra splendīdus eluxē-
re; caritas praesertim erga
Deum, in quem assidue
alienāta a sēnsibus mente
rapiebātur. Inde illi faciēs
semper accēnsa, nonnūm-
quam rādians, perēnnes
lācrimae; ardor pētoris
tantus, ut mēdia quoque
hieme foret ingēsta idē-
tīdem gēlida temperān-
dus. Itaque amōre vērius
quam febrī aestuans, die
assūptae in caelum Vir-
gīni sacro, ad ejus trium-
phālem pompam prōpius,
ut optāverat, spectādam,
ab ipsa beatārum Virgi-
num choro stipāta vocātus
est ex Quirinālī domo pro-
batiōnis, anno innocentis
vitae dēcimo octāvo, ope-
rum plēnior quam diērum.
Multis post obitum mirā-
culis in sua praesertim Po-
lōnia enīuit; cujus armis
contra formidābiles Tur-
cārum exercitus spectābi-
lis e caelo ādfuit non se-
mel, et civitatēs alias peste
alias incēdio liberā-
vit. Quam ob rem Clemens
dēcimus eum inter primā-
rios totius regni Patrōnos

constituit; Benedīctus ve-
ro dēcimus tērtius (quod a
Clemēnte undēcimo jam-
pridem fuerat decrētum)
in Sanctōrum nūmerum
rēttulit.

R. Iste homo perfecit
omnia quae locutus est ei
Deus, et dixit ad eum: In-
grēdere in requiem meam:
* Quia te vidi justum co-
ram me ex omnibus gēn-
tibus. **V.** Iste est, qui con-
tēmpsit vitam mundi, et
pervēnit ad caelēstia reg-
na. **Quia.** Glōria Patri.
Quia.

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii
secundum Matthaeum

Lectio vii Cap. 19, 13-21

In illo tempore: Oblati
sunt Jesu p̄vuli, ut
manus eis impōneret. Et
rēliqua.

Homilia sancti Augustini

Episcopi

In Psalm. 118

Quid p̄vulus, nisi hū-
milis? Haec sunt mi-
rabilia testimōnia tua, Dō-
mine, quae scrutāta est
anima p̄vuli hujus: et
ideo invēnit, quia humiliā-
tus est, et p̄vulus factus
est. Quis enim facit man-
dāta tua, sicut faciēda

sunt, id est ex fide, quae
per dilectiōnem Dei ope-
rātur, nisi ejus in corde
per Sp̄ritum Sanctum
ipsa dilēctio diffundātur?
Hoc etiā iste p̄vulus
confitētur. Os meum, in-
quit, apēui, et attrāxi sp̄i-
ritum, quia mandāta tua
desiderābam. Quid desi-
derābat, nisi facere man-
dāta divīna? Sed non erat
unde faceret infirmus fōr-
tia, et p̄vulus magna.
Apēruit os, cōfitemens quod
per se ipse non faceret, et
attrāxit unde faceret.

R. Iste est, qui ante De-
um magnas virtūtes ope-
rātus est, et de omni corde
suo laudāvit Dōminum: *
Ipse intercēdat pro peccā-
tis omnium populōrum. **V.**
Ecce homo sine querēla,
verus Dei cultor, abstinens
se ab omni opere malo, et
p̄rmanens in innocentia
sua. **Ipse.**

Lectio viii

Junior sum ego, inquit, et
contēptus: justificā-
tiōnes tuas non sum oblī-
tus. Non sicut inimici mei,
qui oblīti sunt verbōrum
tuōrum. Vidētur autem
minor aetāte non oblītus
justificatiōnes Dei, dolēre
pro inimicis suis aetāte
majōribus, qui oblīti sunt.